

NP



IX. B. S. 101.

55.

~~D 3 R~~  
~~XXVIII. 9. 00~~

2

1

17

DISPUTATIO INAUGURALIS  
*DE*  
**PROVOCATIONE**  
**AD LITEM,**

*ex*  
Amplissima Lege; si contendat, 28. ff.  
de fidejussoribus

*Quam cum*  
**DEO MEO**

*Decreto & autoritate Magnifici J<sup>C</sup>torum  
Ordinis in inclita Salanā,*

**P R A E S I D E**

*Nobilissimo, Consultissimo, Amplissimo atque Excellentissimo,*

**DN. JOHANNE STRAUCHIO,**  
J<sup>C</sup>to, Consiliario Saxonico, P.P. Curiæ Provincialis, Facul-  
tatis Juridicæ & Scabinatus Assessore  
eminentissimo,

*Dn. Praeceptore atque Promotore observanter colendo.*

**PRO LICENTIA**

Summos in utroque jure honores, privilegia & insignia

Doctoralia ritè capessendi

*Publicæ eruditorum censuræ submitto*

**GUSTAVUS CHRISTIANUS HAPPE.**


*In Auditorio J<sup>C</sup>torum,  
ad diem 14. Novembr.*

---

JENÆ, Typis JOHANNIS NISII,  
Anno cIc Ioc LX.







# IN NOMINE S.S. ET INDIVI- DUÆ TRINITATIS, AMEN.

## CAPUT I.

### Preliminaria continens.

TH. I.



T nemo invitus agere vel accusare cogatur, rescripsit Imperat. Diocletianus A. Camerio l.un.C. ut nemo invitus : quò tendit l. divi 19 ff. de accusat.l.ult.C.de usur.pupill. Hujus rescripti ratio juris hæc est, quòd alterius non intersit alterum vel agere, vel non agere; & petere sit liberæ voluntatis l. 20. C. de pign. Hinc judicia fiunt quidē in invitox, sed non ab invitox l.inter stipulantem 83. §. si Stichum l.ff. de V.O Dantur tamen, tam in jure civ. quam can. permulti casus & exceptiones, ubi quis invitus ad litē suscipiendā provocari & cogi potest, ut videri est ex jam allegata. l.fin. C. de usur.pup.ibi : ad judicium eum provocare : quò factō tam vobis ipsis, quam securitati filiorum vestrorum consuletis. It. l. Julianus 13. §. pen. ff. de action. emt. l. cum in plures 60. § messem. 5. ff. locat. conduct. c. fin. de electione in 6. Job. Andreas Hostiensis secutus commemorat 17. exceptiones ad c. i. in fin. gloss. de restitut. spol. in 6. It. Salycetus multos casus enumerat ad l. 3. qnī bon. ced. poss. Videatur Blarer. in repe. ad L. diffamari 5. C. de ingen. manum. c. 2. n. 22. & Mandinus in proœmio od eandem : glossa ad L. un.C. ut nemo invitus & ad l. Aurelius. 28. §. centum. 8. ff. de liberat. legat: quam commendat Panormitan. in c. si quis contra clericum in 2 col. de for. compet. Dissentit Giphanius in explicatione difficiliorum LL.Cod. ad d. l. diffam; cuius rationibus tantum abest, ut ad stipulemur, ut etiam in discursu datâ occasione eas exigui ponderis esse probatū daturi simus. Præ cœteris autem, omnibus & singulis,

Remedium ex famosissima L. diffamari & ob singularem  
glossam, beneficium ex amplissima L. si contendat .28.  
ff. de fidejuss. maximè à Dd. tum veteribus quam recentiori-  
bus commendantur. Bart. Bald. & Paulus de Castr. ad d. l. si con-  
tendat. Abbas in dict. c. si quis contra cler. in i. notab. de for. comp.  
Felix. in c. in præsentia col. fin. de probat. Magnificus Dn. Carpz. in  
Process. tit. 20. art. 1. & seqq. Magnif. & Nobilissimus Dn. Richter  
jCtus. Palati Cæsarei Comes splendidissimus & Facultatis nostræ Or-  
dinarius, Patronus, Praeceptor & Hospes meus aeternum deveneran-  
dus. decision. suarum 100. num. 1. His enim remediis hominum  
malitiis obviatur, famæ consulitur atque incerto rerum domi-  
nio, litibusque innumeris medemur. Cùm autem de illo in le-  
ctione mea Cursoria, ut vocant, latius egi; impræsentiarum  
de hoc Inauguralem sequenti ordine & methodo decurrere  
permittam.

Th. II. (1.) Visâ lectione, summam & casum Legis nostræ  
præmittam; (2.) verba ejus legitimè explicabo. (3.) In quibus  
causis & quibusnam beneficium ex ea competit, & (4.) contra  
quos detur. (5.) Item in quibus cesset, (6.) quis judex & quod-  
nam forum competens sit: quis actor & reus censendus; anne-  
xis quibusdam & processum spectantibus controversiis pro-  
ponam, totumque (7.) processum, substratis brevissimè suppli-  
cationis, libelli, citationis, contumaciæ accusationis, senten-  
tiarum, leuterationum & appellationum formulis, delineabo.  
(8.) tandem in quibus lex, si contendat, à lege, diffamari, diffe-  
rat, brevissimè tradam.

## CAPUT II.

### De legis genuina lectione, summa & casu.

Th. III. Est autem lex nostra talis: Si contendat fidejussor cœ-  
teros solvendo esse: etiam exceptionem ei dandam, si non & illi sol-  
vendo sint. Hæc lectio cum ea, quæ habetur in Pandectis Floren-  
tinis planè congruit. In libris verò Basilicis à Fabroto editis tit.  
de fidejuss. uñ, ita legitur: Οἱς τὴν ἐγκύρων λέγων διπολεῖς εἰρατε-

στοιχ-

*επεγκυτας αυτος εχει τηλεγραφην*, Quod ex Græco textu idem latinè vertit: Unus ex fidejussoribus contendens cœteros solvendo esse, exceptionem habet.

Th. IV. Summa ejus legis est hæc: Fidejussor seu reus alias exceptionem suam, quæ sibi prospectum putat, perire, aut se molestari timens, eam principaliter per modum actionis in judicium deducere judicemque implorare potest, ut desuper auctore s. creditore ad id citato cognoscat, quo contumaciter emanente pronuntiet, dictam exceptionem reo competere & creditori perpetuum silentium imponat. Atque sic in effectu pronuntiet liberatum esse fidejussorem ab actione, quæ in eum creditori competierat, aut adhuc competere possit. *Dd. hic.*  
*Vid. Soc. consil. 94. lib. 3. & Hering. plures citantem c. 25. n. 133. de fidejuss.* Aliam summam ponit Paulus & ex eo gloss. ad hanc L. Quod scil. non solum reus petere possit, ut actori agere cessanti super actione perpetuum silentium imponatur, sed etiam ut examinentur testes ad æternam memoriam. Quod etiam volunt *Blarer. ad L. diffam. c. 2. n. 16. & Mund. ad eandem c. 5. §. 3. n. 106.* At verior mihi videtur *Giphanius cit. loc. n. 4.* sententia, hanc *examinationem* testium de *Jure civili* vix notam, sed moribus & jure canon. frequentissimam afferentis, de quo *Innocent:* in c. significavit 41. & c. *Albericus miles* 43. extr. de testib. Nec ex nostra L. id commode, quod tamen pacem tantorum virorum dicitur velim, elici potest. Nā, cum hoc remedio consequar, ut exceptiones adductæ à judice mihi competere declarētur & adversario super actione silentium imponatur; quorsum opus est, ut testes simul ad perpetuam rei memoriam examinentur. Imposito enim silentio, actor non amplius auditur; & hinc iis testibus reus dein non indiget. Videatur de examinatione hac testium latè differens *Ummius diff. ad process. jud. directa* 16. lib. 7. n. 47. Nisi cum *Baldo ad nostram L.* velimus distingvere inter exceptiones, quæ ipsæ possunt perire factō creditoris, & eas, quarum demum probatio: ut super prioribus per modum excipiendi agere & officium judicis implorare: super posterioribus verò petere examinationem testium ad perpetuam rei memoriam Lege nostra cautum sit. Nolumus tamen *Giphanius* opinio-

nionem in eo approbare, quod putet *cit. loc.* frustra esse indu-  
ctum remedium examinandorum testimoniū ad perpetuam rei me-  
moriā, si reus ex L. diffamari vel ex L. si contendat exceptio-  
nes suas in judicium, implorando desuper judicem, deducere  
possit. Neque enim 1. in omnibus exceptionibus ubi testes  
examinari possunt, locus est remedio ex L. si contendat. Ac-  
cedit 2. quod hoc examine non solum reus, sed etiam A-  
ctor, licet ille nullā causā allegatā, hīc cum causā, ante litem  
contestatam uti valeat. Si enim iudex advertat causam sub-  
esse, cur Actori ante lit. contest. ejusmodi examen conceden-  
dum putet, id ipsum jure facere posse statuit *Ummius* jam allega-  
*tus eod. loc. per c. quoniam frequenter in pr. extr. ut lite non contest.*  
Cū ergo latius pateat hoc examen, ac Lex, si contendat; nullo  
modo *Giphanius* argumentum procedere, sed potius utrumque  
remedium firmiter stare potest.

TH. V. Quò autem lex nostra dilucidior reddatur, sequen-  
tem formabo casum: Paulus JCtus introduxit fidejussorem Ti-  
tium, qui simul cum Sticho & Erote pro Sejo fidejussit: Videns  
deinde Titius ceteros forsan esse prodigos, hincque mox de-  
situos solvendo esse, contendit, i. e. iudicio agit, allegando si-  
mul exceptionem divisionis & judicem implorando, ut credi-  
torem ad agendum, dum adhuc omnes fidejussores solvendo  
sint, cogat; eō verò agere cessante, sibi hanc exceptionem  
competere declarat & creditori super hoc perpetuum silenti-  
tium imponat: *eumq; audiri voluit, usque adeò, ut si credi-*  
*tor non mox actionem suam adversus fidejussorem instituat, fi-*  
*dejussor nihilominus hac exceptione tutus sit, licet confide-*  
*jussores solvendo non sint.*

### CAPUT III.

#### *De Legitima verborum explicacione.*

TH. VI. Sequitur verborum explicatio: *Si contendat.*  
Vox contendere sumitur 1. pro iudicio dicere, allegare, af-  
firmare / s. in pr. ff. de his, que ut ind. Sic contendere & negare,  
jurisdictio contentiosa & voluntaria opponuntur 1. 2. ff. de  
offic. proconsul. 2. Pro vehementer rogare. 3. pro litigare, cer-  
tare

care judicio, ut contendere de libertate, de mutua pecunia &c. passim in ff. Item agere & implorare judicem, quæ significatio est hujus loci. Dn. Carpz. in process. tit. 20. art. 4. n. 4. Videatur Brissonius & Calvinus in Lexicis circa hoc vocabulum.

**TH. VII.** *Fidejussor*: is dicitur, qui pro alio fidem suam obligat, & fide sua, i. e. periculo suo esse jubet, quod aliis debet. Et rectè definitur fidejussio contractus, qui verbis constat, accedens firmandæ obligationi alienæ. Hahn. ad Wesenbec. tit. de fidejuss. n. 5. Ciceroni, fidejussor dicitur sponsor, consponsor, ut notat Connan. comment. c. 6. n. 1. Plura de fidejuss. vide apud Hering. in tract. de fidejussor.

**TH. VIII.** *Cæteros solvendo esse*, i. e. confidejussores reliquos tantum in bonis habere, quantum ad satisfaciendum creditori sufficiat. Si enim solvendo esse desierint, tunc fidejussor conventus nec ex epistola Divi Adriani exceptione divisionis uti, nec ex nostra Lege non conventus officium judicis implorare valet. Solvendo esse aliàs dicitur 1. is qui satisfacit, pro quo obligatus est, sive pecunia sive remuneratione 2. qui in nominibus æs suum habet l. facere 28. ubi Alexander. solut. matrim.

**TH. IX.** *Etiam exceptionem ei dandam.* Hæc particula etiam maximè commendatur à Bart. Baldo & Paul. Castr. ad L. nostram, quippe quæ omnem ferè efficaciam ac amplitudinem huic Legi conciliat. Sic enim *Castrensis*: hæc lex semper allegatur propter unam glossam singularem, quæ colligitur ex illa dictione etiam; quæ est implicativa, ut in l. *conventicula* 15. & ibi notat. de episc. & cler. (l. 1. & ibi Dd. C. qui admitti ad bon. poss. l. un. C. quando civ. act. crim. præj. Dom. Card. Tusculus tom. 2. præct. concl. jur. conclus. 275. num. 1. Magnif. Dn. Ungepaupr p. m. Exerc. 4. q. 15. exerc. 17. q. 5. ubi: vox etiam implicat casum minus dubium & exprimit casum magis dubium. Item exerc. 9. q. 2.) ita ut inde habens exceptionem, non solum possit petere examinari testes, sed etiam pronuntiari super exceptione sua adversario silentium imponi; add. Anton. de Butr. in c. si autem de rescript. Idem quoad singularem glossam confirmat jam nomi

nominatus Bart. dict. loc. sed paulò aliter effectum voc. etiam proponit. Quæro, ait, quid implicat ista dictio etiam ? glossa dicit eam implicare, quod non solum competit exceptio, sed etiam judicis officium; & quod non solum poterit agi, ut fiat divisio, sed etiam excipi: Idque summè notandum & illam glossam pro multùm notabili habendam monet. Consent. Andreas de Pomate in addition. ad Bart. ubi plura huc pertinentia reperiuntur. Quod autem Bart. cit. loc. putet, hoc remedium esse, ex epistola D. Adriani, illud vix procedere potest. Ex dicta enim epistola is demùm, qui conventus est, potest divisionem petere, si tempore litis contestatæ confidejussores sint solvendo per text. expr. in §. 4. v. si ex epistola I. de fidejuss. l. 26. §1. §. 4. hic. vid. Meieri Colleg. Argentorat. ad tit. de fidejuss. Ex L. autem nostra quilibet, qui convenitur, modò exceptionem aliquam habeat, sive judicialiter, sive extrajudicialiter gravatur, imò qui timet saltem molestari, judicis officium ad divisionem faciendam & exceptionem sibi competere declarandam implorare, nec non ut adversario silentium imponatur, petere potest, ceu supr. allegatus Anton. de Butr. notat in c. si autem de rescript. per dict. Johan. de Imol. inc. significavit. 41. de testib. Cum itaque remedium ex L. si contendat diversissimum sit à beneficio ex epistola D. Adriani, minimè gentium ex eo descendet. Bartolo & Castrensi in nonnullis adstipulatur Bald. ad L. nostram: Quod scilicet ex hoc textu & glossa jus excipiendi, si actor faciat moram in agendo, possit intentari per viam agendi, ut ita dividatur actio non intentata. Verus igitur & genuinus hujus dictionis: etiam exceptionem ei dandam: sensus est, quod fidejussor contendens, id est, judicio agens, & principaliter exceptiones suas per modum agendi deducens, non solum aetione sua audiendus; sed etiam exceptione donandus sit, ita, ut creditore agere cessante, nec ad rei implorationem coram judice comparente, fidejussor, quoad confidejussorum partes: liber declaretur, nec creditor imposterum, perpetuò ei impo-  
fito



sito silentio, amplius audiatur. Consent. gloss. ad hanc L. Dom.  
Card. Tusculus lit. D. conclus. 411. num. 18. Hering. de fidejuss. c. 25.  
num. 133.

**T H. X.** Exceptio quæ est actionis quædam exclusio 1. exceptiones. 2. ff. de except: vel conditio, quæ modò eximit reum damnatione, modò minuit damnationem 1. exceptio 22. eod. Quid autem circa exceptionum materiam notandum sit, docet prolixè Zanger. in tr. de except. quò nos remittimus. In libris Basilicis legitur h. l. ὁρθαγεαφην, quæ tamen ab exceptione & præscriptione differt: quomodo autē, & quid ea propriè sit; *accuratissimè pro more suo* ex antiquis Græcorum principibus expositum dedit Nobiliss. atq. Jure Consultiss. Dn. Fræses, Patronus meus maximus, maximeq. deuenerandus in Exercit. ad 50. decisiones Justiniani n. 5. & seqq. Illud solummodò notamus, quod vocabulum ὁρθαγεαφην longè majorem hīc emphasis habeat, ac vobula *exceptio*, simpliciter posita, cum illa exceptionem rei judicatae denotet. Hinc Svidas: ὁταν λέγεται τὸ πεῖγμα τοῦ ἐγκλημάτου, ὅπερ εἰσίχθη ὁρθαγεαφην γεγόνηται τοῦ αὐτοῦ γνώσι, ηγάλα τέτο Φησί μὴ δεῖ ἐπι συνιστάνεται, i. e. Paragraphe est, quando quis, dicit, negotium de quo agitur, ante in judicium fuisse deductum, & super eo cognitum, & propterea excipit, non oportere iterum de eo judicium constitui. Datur ergo ui hujus vocis non solūm exceptio divisoris, sed ὁρθαγεαφην i. e. rei judicatae exceptio.

**T H. XI.** Si non illi, solvendo sint: verba hæc sunt exceptionis, glossa hic ad verba & illi. Scil. si post declaratam pro fidejussore exceptionem & impositum silentium, creditor fidejussorem velit in solidum convenire, tunc obstat ei hæc exceptio: Non teneor tibi in solidum, etiamsi illi solvendo non sint, cum contumacia & morâ tuâ solvendo esse desierint. Perpetuum hinc Tibi, quoad eorum partes à me petendas, estim. Positum silentium, nec amplius hac actione audiris.

CAPUT IV.

*In quibus causis & quibusnam personis hoc  
remedium competit?*

TH. XII. Explicatâ Lege beneficium ex ea resultans defini-  
nire s. potius describere ita lubet: Quod sit remedium seu pro-  
cessus extraordinarius à J Ctis & Imperatore æquitate sugge-  
rente introductus, quo quilibet, qui regulariter aliquam exce-  
ptionem habet, sive molestetur, diffametur, sive non, judicis  
sui officium nobilissimum implorare potest, ut is actori, vel jus  
aliquod prætendenti, necessitudinem agendi imponat, eō ve-  
rò agere cessante, se non teneri pronuntiet & perpetuum si-  
lentium illi injungat. *Vide Dn. Nicolai additiones ad process. Fri-  
derici pag. mibi 60.* Eodem ferè modo hocce describit *Nobilis-  
simus atque Consultiss. Dn. Struve* Senior nostræ facultatis emi-  
nentissimus, J Ctis & Consiliarius Saxon. gravissimus, Praeceptor &  
Mæcenas meus observanter colendus in Syntagm. Jurispr. Exercit.  
th. 4. Generis loco hîc ponitur Remedium s. processus extra-  
ordinarius. Reliqua descriptionis verba continent differentia-  
m specificam, quâ beneficium nostrum ab aliis legibus, acto-  
rem ad litem provocantibus, imò ab ipsa Lege diffamari, cui a-  
liàs similimum est, *Dn. Carpz. lib. 3. Resp. 64. n. 11. & in process.  
rit. 20. art. 7. Nobiliss. Dn. Struve cit. loc. Hahn ad Wesenb. de ju-  
dic. n. 16.* distinguitur per ipsas l. diffam. ubi: cum affirmes, i.e. actis  
publicis fidem facias, scil. diffamationem præcessisse: & l. si con-  
zendar, in qua ejusmodi demonstratio non requiritur. *Tuschus.*  
*cit. loc. n. 12.*

TH. XIII. Et si verò primitùs legis nostræ remedium intra-  
curtos limites constitutum fuisse videri potest, ita ut solum-  
modo fidejussoribus, exceptionem suam ob moram actoris  
perire timentibus, competierit; illud tamen propter easdem  
& quidem præstantissimas amplissimasque rationes, quæ Impe-  
ratorem fidejussori hocce concedere moverunt, quales scilicet  
fuerunt; ut creditoris callidi & interitum exceptionis aut ejus  
probationis expectantis perversitas restingveretur, molestia,  
quæ timebatur, evitaretur, & diffamatio jactatio quæ ejus tolle-  
retur,

retur, cum id iniquum sit, per sèpè alleg. l. diff. meritò amplia-  
tum & alios quoque extensum est, ut hodie latissimè pateat, si-  
ve ejus amplitudinem & præstantiam, sive communem usum  
& praxin respicias; hinc facile principem locum inter omnes  
condictiones id sibi vindicat; imò ipsam L. diffamari latitudine  
suâ superat. Si enim reus diffamationis probatione destitu-  
tus & propterea ad provocationem ex L. diffamari haud ad-  
mittendus, à deductione exceptionis suæ penitus excludatur,  
saluberrima condicione ex L. nostra ei succurrendum esse ju-  
dicarunt Dd. *Magnif. Dn. Carpzov.* in processu tit. 20. art. 7. n. 26.  
& seqq. *Heigius* part. 2. quest. 8. n. 14. Exinde L. nostræ & L. dif-  
famari beneficium cumulari posse notant *Covarruv.* lib. 1. va-  
riar. resolut. c. 18. num. 3. *Dom. Card. Tuschus* lit. D. conclus. 417.  
num. 10. & novissimè *Prælaudatus Dn. Richter* decis. 100 num. 115.  
Ita ipsi nuperrimè hec duo remedia uni. libello inclusa & in  
*Regimine Gothano* tractata exactis vidimus. Hoc siquidem  
remedium non tantùm in causa fidejussoria, sed in omni ferè  
causarum genere locum habet. In causis nimirùm civilibus &  
criminalibus, quamvis de posterioribus *Covarruv.* dict. loc. n. 7.  
dubitetur; personalibus & realibus, petitoriis item, possessoriis  
& mixtis. *Jam nominatus Covarruv.* latè citat. loco num. 8. *Dn.*  
*Carpzov.* in *Jurispr. Rom.* p. 1. c. 7. def. 30. & in processu dicto tit. &  
art. Idem quidem de L. diffamari statuunt *Magnif. Dn. Richer*  
ter decis. 100. n. 16. *Gail.* lib. 1. obs. 9. n. 1. & seqq. *Blarer.* ad L. dif-  
fam. cap. 1. n. 6. *Mund.* ad eandem c. 4. n. 42. & seqq. qui tamen  
ob identitatem rationis & si militudinem L. nostræ cum illa, et-  
iam in hac idem statuisse videntur. Ait enim *Socinus* cons. 94.  
col. 2. & 3. lib. 3. Terminos nostræ legis **non differre à terminis**  
**L. diffamari nisi hoc**: quòd remedio hujus legis actor cogatur  
agere *in termino*, quo elapso imponatur silentium: Sed in  
terminis legis nostræ actor cogatur statim agere, aliàs judicium  
super exceptione procedat & imponatur silentium. *Cagnol.* ad  
*L. diffam. ampl. 6.*

**TH. XIV.** Assertum nostrum praxis quotidiana confirmat.  
Ita enim ab *Inclita nostra Curia* processus anno 1652. in punto

debiti ob morgengabam contracti ex L. nostra decretus in causa per illustrium Curatorum Generiss. Dn. Comitis Schwartzburg-Rudolphopolitani contra Nobilem quendam Tangeln & in puncto mutui anno 1650. in causa W. à Vippach. contra C. à Bosen. Item in causa hæreditatis controversæ anno 1634. R. à Wolframsdorfin provocante ex L. si contendat A.C. à Schaurotin; & nuperimè ob diffamationem aliquam N. contra N. 15. Sept. hujus anni currentis citatio ex hac L. à laudatissima nostra Curia emanavit, prout Acta publica, quorum inspiciendorum copia nobis data, testantur.

Th. XV. Ex superioribus aliquo modo patescit, quibusnam hoc beneficium competit; nimirùm omnibus iis, qui exceptionem aliquam congruam aut jus in judicium deducendum habent, in omni causarum genere, ita, ut jus excipiendi per modum agendi in judicium deducant, adversarium ad litem provocent, & declaratō jure suo ipsi silentium imponi petant Bart. in l. societatem s. arbitrorum n. 10. ff. pro socio Angel. in l. si quis libertatem 7. vers. planè de hæredit. petit. Blarer. proximè dicto loco n. 3. Hinc non solum fidejussor, tutor, curator, debitor, sed etiam furti, adulterii alijsvē criminis insimulatus, cum & is exceptiones potest habere varias & tempore perituras, hoc remedio licet utitur: is cujus possesso turbatur, cujus familia supprimitur, cujusvē habitatio inquietatur hoc clypeo tutus evadit.. Pulchrè hīc quæritur, an is ad quem spectat jus primogenii, aut majoratus, si timet alienationem eorum bonorum, quæ sub primogenii vinculo continentur, vel percipit possessorem afferentem bona illa esse libera nulliq; restitutio- ni subjecta, possit ex hac L. agere, ut declarentur bona esse obnoxia fideicommisso aut primogenio? Affirmamus id cum Covarr. dict. loc. n. 8. Zæsie in comm. ff. circa finem tit. de manumiss. Didac Simon. de primogen. Hispan. c. 28. Rationem eam damus, q. jus, hīc non tam futurum quam præsens est & radicatum, præsertim jus ad rem, super quo declaratio petitur. Quamvis autem hæc opinio à plerisque reprobetur, ut videre est apud Gomez. quem allegat Zæsus citato loco ex eo, quod non possit agi de jure futuro & incerto, cum tractus temporis ad officium judicis.

judicis non pertneat. *l. litigatores* 11. §. ult. ff. de recept. arbitr.  
Non est tamen eō casu jus tam futurum, quam præsens, ut di-  
ctum, licet incertum, an in hanc personam cadat, ob incerti-  
tudinem mortis. Potest tamen hinc benè quoad familiam fi-  
eri declaratio, ne res extra eam alienetur. Et secundūm hanc  
sententiam sāpē judicatum fuisse affirmat. *Roder. Suarez.* *Alle-  
gat. 4. Pinell. ad L. i. n. 78. C. de bon. matern.*

TH. XVI. Multa prolixē hīc objicit *Heigius* parte 2. quast. 8.  
*n. 9. & pluribus seqq.* Potiora examinabimus brevissimē. (1.) ait:  
tractum futuri temporis &c. per allegat. *l. litigatores* 11. Resp.  
hæc lex nobis planè non adversatur; quia loquitur de eo casu,  
ubi ob conditionem nondum existentem arbiter ad sententi-  
am ferendam cogi nequeat, ratio: ne ea sit inefficax, non exi-  
stente conditione. At quæ in jure primogenii conditio? Com-  
petens enim illud & jam tum radicatum est; licet possessio nem-  
ejus nondum nocti simus. Possessio igitur futura est, non ve-  
rò jus. Jus autem illud ipsum ob non vanum timorem, sed  
sparsum rumorem declarari petitur. Nec in efficax est hæc de-  
claratio, sed id operatur, ut bona nō possint alienari, nec diffa-  
matio ob impositum silentium continuari. Secundo loco al-  
legat ad hoc *l. non quem adm. 35. ff. de judic.* At ne hilum quidem  
illa lex; Qui enim ob diffamaturi jus primogenii judicem  
ad illud declarandum implorat, *non de his rebus, quæ post-*  
*ea in obligationem adventuræ sunt*, ut lex loquitur, agit, sed  
*de jure suo*, ex primogenio sibi jam competente. Idem judici-  
um de tertio loco allegata *l. 1. §. 1. ff. de usur.* (2.) instat: Is qui  
ad legatum sub conditione vocatus est, interim non admitti-  
tur. Resp. scil. quoad possessionem ipsius legati; non vero quo-  
ad declarationem Juris sui. Separata enim hæc sunt, separa-  
torum autem &c. & à conditione nondum existente ad jus  
præsens nulla omnino consequentia. Quamvis & in hoc con-  
tradictores habeamus *Joh. de Imol. in l. eum quitta. 56. §. qui i-*  
*ra. 4. de V. O. Ant. Padill. in l. 1. n. 30. C. de fideicom. Cagnol. in l. in o-*  
*mnibus n. 16. & seqq. de R. J. & Francisc. Marzar. de fideicom. q. 61.*  
*n. 13. ubi hanc opinionem in Rota Florentina canonizatā esse ait.*

B 3

TH. XVII.



Th. XVII. Dum autem *Heigio* ita obviamus ; non  
adversamur, *Magnifico nostro Ordinario decis.* 100. n. 19. & *Emi-*  
*nentiissimo Dn. Carpzov. part. 1. c. 7. d. 13.* quorum sententia, quod  
super jure futuro, debito conditionali & in diem, judicium non  
fundetur : ipsi enim, afferentes primogenii jus tale quid non  
esse, & hinc declarari posse, tacite confessi sumus judicium su-  
per his non fundari. Et quo fundetur ? cum tempus & con-  
ditio obstent. Quomodo ad agendum is provocari possit ?  
qui jureagere prohibetur arg. §. plus autem 23. §. de Act. l. cede-  
re. 213. ff. V. S. allegat. Dn. Carpz. in process. tit. 20. art. 4. n. 12.

Th. XIIIX. Nec obstatamus iisdem *Dn. Richiero dicto loc.*  
*num. 20.* & *Dn. Carpzov. p. 2. constitut. §. d. 13.* in eo, quod  
*contra possessorem* super jure primogenii declarando actio-  
nem dari præced. thes. 15. statuerimus : Quia id intelligi  
volumus de eo demum casu , quō contra possessorem  
*non de ipsa possessione*, de qua tamen laudati autores, ut ex  
juribus ab utroque allegatis manifestum est, loquuntur, sed  
*de jure ad eam* competente, declarando, judicem implo-  
ramus. Cum aliás, ut cum *Dn. Carpz. dict. loc.* loquar & faciam,  
absurdum esset, ex L. diffamari aut ex L. si contendat petitorī-  
um s. rei vindicationem injungi ei, qui possidet, quippe quæ  
non competit habenti possessionem, sed contra possidentem  
datur, ut habetur in l. un. C. de alienat. jud. mut. caus. fact.

Th. XIX. Ex jam erutis porrò fluit, quod is, qui expectan-  
tiam aut simultaneam investituram in feudo aliquo habet; is  
cui beneficium, cuius possessionem nondum nactus, collatum  
(de quo in c. si ibi de rescript. in 6.) aliisque similes, si diffamen-  
tur, inquietentur, aut inquietudinem saltem metuant, adver-  
sariorum suum in judicium ex hac Lege provocare possint. *Sigis-*  
*mund. Loffred. cons. 10. n. 7.* & *Pinellus ab Heigio citat. loc. n. 17.*  
*allegatus.* Plures speciales casus tam ad L. diffamari, quam ad  
L. nostram spectantes, coegerit Blarer. d. loc. c. 2. n. 22. & seqq. &  
*Zang.. de except. c. ult. n. 192 multisq; subsequis.*

Th. XX. Cum ergo *contra possessorem* de ipsa possesso-  
nere-

ne rebus sic stantibus imploratio ex L. nostra non concedatur,  
omnino possessori concedenda erit, arg. I. diffamari, ubi Cle-  
mens diffamatus in possessione vel quasi ingenuitatis fuisse  
constat; consentit Zæsius suprà allegatus d. loc. n. 26. Ita ut is  
non solum exceptiones, sed etiam quodlibet jus in judicium  
deducere, adversarium ad litem provocare & judicem ad id si-  
bi competere declarandum implorare possit, præsertim si ex  
turbatione aliqua jus illud possessoris obscurum reddatur vel  
reddi timeatur. *Castrens. in l. si de vi. in 1. lectura. col. 4. vers. mihi*  
*videtur hoc. de judic. & ibi Jacobin. n. 16. Menoch. de Remed. retin.*  
*poss. 3. n. 531. Raland. de art. lib. 9. c. 5. n. 3.* qui dicit hanc opinio-  
nem communem. Et ita quoque in dicta causa R. à W. quæ hæ-  
reditatem fratri possidens adversus alterius fratris viduam,  
A. C. à S diffamantem, ex L. si contendat, agebat, non solum  
M. Octob. anno 1634. à Curia Provinciali processus decretus, sed  
etiam cum provocata comparere renueret, prævia contuma-  
ciæ accusatione in termino *Advent. 5. Decembr. eod. an.* pronun-  
ciatum fuisse exactis notavimus: *Das Beklagte bey Strafe Un-*  
*gehorsams gebührlichen zu erscheinen/ und sich einzulassen schuldig.*  
Id quod etiam in L. diffam. locum habere approbat *Magnific.*  
*meus Høfes d. decis. 101. n. 16.* Nec in nostra Lege aliud est, ut  
sentit Hartm. *Pist. part. 4. quæst. 18. n. 7.* totus assertioni nostræ  
contrarius, petere, ut judex exceptionem competere cognos-  
cat; aliud verò ut jus, vel rem possessoris esse declaret. Ean-  
dem enim hic subesse rationem in declaratione exceptionis, ac  
juris & possessionis suprà satis superque probatum dedimus.  
Nihil etiam negotii facit illud *Pistoris dicto loc.* quod nulla pos-  
sessori ad ejusmodi declarationem prodita sit actio §. 2. *I. de*  
*Act. Resp.* Concedimus, quod ei, qui possidet, (sunt verba  
textus) non sit *actio* prodita, per quam negat rem actoris esse;  
exinde tamen non sequitur, quod ex nostra Lege non detur  
*imploratio* & officium judicis, quod longè aliud ab illa est. Ne-  
que enim hocce remedium est *actio* propriè ita dicta & quatenus  
actio strictè ac specialiter accipitur, sed, sicut Remedium L.  
diffam. sola officii judicis imploratio *Bl. in L. un. C. ut nemo in-*  
*vitus.*



vitus. Schurf. cent. 3. conf. 15. n. 19. Carpzov. lib. 34. Resp. 3. n. 6. &  
p. 1. c. 7. d. 27. n. 6. Secus si late & generaliter. Dn. Richter decis.  
sapiss. adducta n. 12 Cum actionis verbum in genere comprehen-  
dat omne id, quod in judicio petitur & postulatur l. actionis 34.  
& l. pecunia 178. §. actionis ibiq. Gædd. de V. S. Petitorio etiam  
non utitur, ut putat Hartm. Pistoris, qui super possessione sua  
diffamata seu turbata judicem implorat, ut ex hinc tanquam  
possessorum retinēdæ cum petitorio cumulans & ita contra-  
ria proponens non sit audiendus, per l. si pecunia 1. C. de furt.  
quoniam provocans ex hac L. tantum ob factum præcedens,  
aut quod faciendum timet, per modum *personalis actionis*  
in judicio contendit, & declarationem desuper sollicitat.

TH. XXI. Quæritur ulterius non incommodè an Reme-  
diū nostrum detur excommunicato & bannito? quos, quia  
iu multis comparantur, ut testatur Feder. de Senis consil. 271.  
in fin. Bart. in quest. 1. Lucanæ civitatis, in princip. num.  
9. vers. nonò probatur sic. Contardus ad L. diff. c. 4. n. 83. adeò ut  
sicut de jure civili cum bannitis nulla habenda est conversatio  
l. 2. ff. de pæn. Sic etiam cum excommunitatis nullum debeat  
esse commercium, nullum hospitalitatis & benevolentiaz offi-  
cium. c. cum excommunicato 11. quest. 3. c. nulli 8. c. cum non ab  
homine 14. de sentent. excommun. conjungemus. Videntur qui-  
dam Dd. ut in nostra, ita & L. diff. mari remedio affirmativam fo-  
vere, inter quos Ferrarius in sua pract. cap. ult. atque ita testante  
Blarero. c. 2. n. 24. firmiter tenuerunt Johan. de Anan. in c. dura-  
colum. 2. post princ. vers. ex quo ergo, de crimin. falsi, & jam cita-  
tus Feder. de Sen. in consil. 275. His autem fundamentis inni-  
tuntur. 1. Quod hoc remedium sit defensio, quia competit dif-  
famato, ut reo; defensio autem sit juris naturalis l. ut vim. 3. ff.  
de j. & j. l. scientiam 45. §. qui cum aliter 4. ff. ad L. Aquil. l. quod  
est 3. § cum igitur 9. ff. de vñ & vi armat. Exod 2. vers. 12. ibiq. Osian-  
der, quæ nec ulla lege vel statuto, imo nec per principem tolli  
possit Clem. pastor. vers. ceterum, de rejudicat. & nemini; nec i-  
psi Diabolo, ut quidem JCti ad exagerandum defensionis fa-  
vorem durè loquuntur, deneganda. 2. Allegant quosdam tex-  
tus Canonicos c. cum inter. §. porrò extra de except. c. 1. ibid. in 6.  
c. cum

c. cum intelleximus de judic. & hinc, quod omnis legitima defen-  
sio excommunicato sit salva, concludunt. Verum negativa  
nobis magis arridet, quam etiam sequi non dedigantur in ter-  
minis nostræ L. Covarruv. variar. resolut. lib. i. c. 18. n. 5. & Paul.  
de Castr. & Canonistæ communiter. Anton. de Butr. Abb. Imol. Fe-  
lin. Decius in alleg. c. cum inter. & quidem ob sequentes rationes,  
1. quod excommunicatus hoc remedio utens non sit reus ne-  
cessarius. Sed 2. provocet alium ad judicium. 3. quod excom-  
municati & banniti ab Imperio deleti sint ex numero civium,  
ut jam dictum, & pro hostibus Imperii habeantur. *l. amissione.*  
5. §. qui deficiunt. 2. *in fin. ff. de cap. minut.* maximè, quando de  
eorundem commodo agitur. Bart. in *l. cum mulier* 47. n. 5. ff. so-  
*lut. matr.* Lex autem nostra juris civilis est remedium per *jur.* &  
*Dd.* & in eorum gratiam, qui exceptionem vel jus aliquod in  
judicium deducendum habent, introductum. Plura pro ne-  
gativa tradit Mundius c. 4. n. 147. & seqq. Non obstat primo  
loco in contrarium adductum argumentum. Illud enim lo-  
quitur in terminis defensionis naturalis & necessariæ, quæ ne-  
mini adimi potest, nos verò in terminis Juris civilis communis.  
quod banniti, ut assertum, cum omnibus privilegiis amiserunt.  
Remoto autem genere, totius scilicet Juris Civilis commodo,  
removetur quoque species nostræ Legis; sicut alia quælibet. *l.*  
*prætor ait.* 1. §. quod autem. 3. ff. de aleat. 2. Ad textus illos Ju-  
ris Canonici respondemus; eos loqui de defensione necessaria  
& coacta, non de voluntaria & spontanea ad judicium provo-  
catione, quæ in hoc judicio occurrit. Licet enim ob jus tur-  
batum; aut quod exceptiones suas excommunicatus perire  
metuat, stimulatus ad judicium veniat, non tamen pro nec-  
essaria sua defensione comparet, prout requiritur, sed volunta-  
riè. Distinguendum tamen hīc est inter excommunicationem  
majorem & minorem, & notandum, quod modò dicta proce-  
dant in excommunicatione tantùm majori, non minori, quæ  
ab agendo non repellit. c. fin. gloss. 3. quest. 3. Monethīc Covar-  
ruv. d. l. in Galliâ & Hispaniâ excommunicatos passim admitti à  
judicibus; cui addo, quod in viciniâ hoc ipsô annô excommu-  
nicatus quispiam, actionem ultrò aliquam intendens, admissus  
fuerit.

C

CAPUT

CAPUT V.

*Contra quos remedium ex L. si conten-  
dat, locum obtineat.*

TH. XXII. Cum itaque superiori capite visum est, quibus remedium L nostræ competat, jam quoque facile, contra quos detur, constare potest; cum correlativorum uno posito necessariò firmetur aliud. *l. i. C. de indict. viduit. l. i. C. de cupres. lib. ii.* Omnes ergo qui actionem aliquam habent, jus aliquod prætendunt, turbant & diffamant, hâc lege tenentur, quicunque etiam sint, nemine facilè excepto, ne maximè privilegiato aut exempto, quamvis Elector sit, ut in remedio *L. diffam. c. 3. n. 23. affirmat Blarer.* Posteriorem tamen de Electore assertionem limitant *Dd.* ita, ut ea non simpliciter de quolibet judicio, sed de eo demùm sit intelligenda, cui ratione supremæ jurisdicitionis universi in Imperio subsunt. V. C. si Electores ab alio coram Camera Imperiali ex lege nostra conveniātur, & exemptiones suas in Austregis fundatas opponunt; attamen quia Cameræ jurisdicō in ipsos fundata est, ideo non attentâ exemptione eorum, Remedio *L. diffam.* ex L. nostræ ibidem conveniri possunt. *Dn. Richter in frequentissimè allegat. decis. 100. n. 49.*

TH. XXIII. Quæstio suboritur hîc illa, an Professor Academiæ aliquis coram extraneo judicio ex L. nostra conveniri possit? Dubium pro affirmativâ facit, quod omnes ex singuli, etiam exempti & privilegiati, Episcopi, Prælati, Ecclesia, minor & Fiscus hâc lege, ut ex *L. diffam.* teneatur; imò suô modô ipsi Electores, ut evictum. *Maranta & Blarer. quos allegat Dominus Richter cirat. decis. & n. Mynsing. cent. 5. obs. 8. n. ult.* Verùm hoc non obstante negativam amplectimur, innixitam *Authent. Habita.* quâm privilegio *Friderici III.* in quibus ab *omni* jurisdicōne & superioritate cujuscunque potestatis aut judicis ordinarii sive cujuscunque alterius eximuntur. Nec obstat 1. quod provocatus hîc pro Actore habeatur, qui necessariò, quisquis etiam sit, rei Forum sequi teneatur. 2. Quod dicta *Authentica* & privilegium Friderici nō de extraordinario hoc re medio,

medio, sed de aliis actionibus communibus, quibus ad alienam jurisdictionem Professor trahatur, disponant. Respondeamus, priorem objectionem hoc casu locum non habere in persona ab **omni** aliena jurisdictione exempta, ut hīc : nec favor studiorum patitur, Professores per quemcunque modum à suis expeditionibus Academicis abstrahi, quod tamen per processum L. diffam. & L. nostræ fieret. Ad posteriorem dicimus, beneficia Principum plenissimè interpretanda esse, præsertim si ratio legi inserta id svadeat, nec ipsa verba repugnant. Non verò ratio, **favor nimirūm studiorum**, legi inserta, nec verba repugnant, sed potius id exigunt : Dicit enim Imperator, **nec ex justissima causa ad alium judicem trahatur.**

d. *Avtb. in fin.* Ergò non tantum ordinaria extrahendi Professorem via ex hac dispositione præclusa, sed etiam extraordinaria, qualis est nostrum Remedium & illud ex L. diffam. Et ita à Facultate Juridica hujus loci in causa L. diffam. Mense Martio Anno 1634. atq; à Facult. Jurid. Erfurtense m. Decemb. An. cod. in eadem causa D. Johanni Bolrosen, Juris Professori Rostochiensi, responsum fuit.

TH. XXIV. Ex superioribus liquet, quid nam in divexata illa controversia : An Electorum subditi, qui privilegio de non evocando ex A.B. gaudent, ex nostra L. ad aliud judicium provocari possint, asserendum sit. E. g. An civis Erfurtense. ut subditus Electoris Moguntini ad curiam nostram provincialem trahi possit? Affirmative omnino subscribendum est, (quamvis nos haud lateat multos in negantium castra transire) & ita à Curiā nostrā die 7. Julii in termino Viti, & 11. Septemb. in termino Ægidii Anno 1630 in punto Diffamationis, provocante Johan. de Berga f. Mohren Erfurensem, non obstante, quod dictus Mohr incompetentiam Fori prætenderet, insuperque Senatus Erfurt. interveniret, exemptionis privilegia, aliaque specialia pacta allegaret, pronunciatum in Actis Curiae deprehendimus : **Dass dessen ungeachtet Mohr allhier zustehen schuldig.** Et cum adhuc diffamans ille respondere detrectaret, tandem ei in termino Oculi die 19. Martii Anno 1631. perpetuum silentium imponsum.

situm est, daß nunmehr erwehntem Mohren ein ewiges Still-schweigen auffzulegen. V. R. W.

TH. XXV. Quid de Excommunicatis & bannitis mens nostra sit, supra attigimus: nimirum hoc Remedium ut & illud ex L. diffam. ritè contrà eos intentari posse, ut post *Innoc. Ant. de Butr. & Felin. in c. intellectimus col. 5. vers. quarta declaratio. de Judic. Blareruſ c. 3. n. 8. & Mundiuſ c. 4. n. 163. & seqq.* adstruunt: Ex ratione 1. ne quod in odium bannitorum & excommunicatorum introductum, in ipsorum favorem & commodum redundet. *Contra l. si servus plurium. 50. §. si quis. 2. ff. de legat. 1. L. relegatorum. 7. §. fin. cum l. seq. ff. de interdict. & relegat. 2. quod nemo alterius odio debeat prægravari. l. non debet. 74. ibid. Decius n. 1. ff. de R. 7.* Prægravaretur autem provocans odio provocati, si ipſi contra eundem propter bannum actio non competeret: cum tamen factum cuique suum non alteri nocere debeat. *l. factum cuiq. 155. de R. 7.* Objicit hīc quædam *Mundiuſ citat. loc. ad quæ tamen ipſe respondet, nec etiam ulteriori examine indigent.* An autem excommunicatus & bannitus ad comparendum per procuratorem citandus sit. Vid. *Bart. in l. Papinianus. 14. ff. de publiciana act. ubi asserit, quod per procuratorem.* Cui *Blareruſ jam dict. loc. n. 210. contradicit, & ad Imperialis judicii Cameræ consuetum stylum provocat.* Nos nuperrimè in judicio aliquo vicino observavimus, quòd excommunicatus quis per solum Procuratorem citatus fuerit, daß er durch einen genugsam Gevollmächtigten erscheine / non, ut plerunque citationes concipi solent: Daß er in Person/ oder durch einen &c.

## CAPUT VI.

### *In quibus causis remedium nostrum cesset.*

TH. XXVI. Generalitatem legis nostræ vidimus, restat ut consideremus quibus causis ea cesset. Accidit enim huic, quod ferè omnibus Regulis; nullam scilicet tam firmam esse, quin aliquando patiatur exceptionem.

TH. XXVII. Cessat ergò Processus noster 1. in debito conditionali & in diem. Quomodo enim reus creditorem ex

L. si

L. si contendat : ad agendum provocare super eo potest, cuius conditio nondum extitit, aut dies venit ; Cum per expressa iura creditor agere hoc casu prohibetur, ut supra quoque assertum. *Dominus Carpzov. in Process. alleg. loc. n. 9. & seqq.* Ubi ita pronunciatum esse M. Octob. Anno 1629. refert : Daß die angestellte Klage ex L. si contendat, noch zur Zeit nicht statt habe.

Th. XXIX. 2. Cessat adversus possessorem de ipsa possessione. Id quod etiam locum habet in conditione ex L. diffam. Idem *Dn. Carpzov. part. 2. const. 7. defin. 13.*

Th. XXIX. 3. Cessat quoque in eo, qui quidem in possessione est, attamen nihil juris in eâ habet. Ille enim si dubitat molestari ab aliquo, quem etiam scit nullum jus in eâdem habere, non potest agere ad declarandum, nullum jus adversarium habere in illâ re. Sed tunc demum potest agere, quando ipse prætendit, se jus habere, ut illud declaretur ; quia jus agendi metimur ex persona nostra, non autem ex non jure alterius. Per expressum textum in l. post action. i. §. qui hereditatem. I. ff. si pars hereditat. petat. Pulcherrimè hæc tractantem vide *Paul. Castren. ad l. nostram. in fin.* Plures casus, quos quidem de L. diffam. notat *Dn. Richter d. lo. n. 18. & seqq.* huc tamen commode applicabiles, vide apud eund. Nostrum est, ut ad judicem & forum transeamus.

## CAPUT VII.

*Quis Judex & quodnam Forum competens:  
Item, quis Actor & Reus in hoc judicio; cui  
annexæ sunt nonnullæ ad Processum spe-  
ctantes controversiae.*

Th. XXX. Judex, Actor & Reus constituant iudicium. *Vultej. Jurispr. Rom. lib. 2. cap. 2.* dispiciendum igitur quis in hoc judicio sit Judex competens, an judex ipsius diffamantis an diffamati? Quandoquidem vero hæc quæstio ab illa, quis nam actor, aut reus hæc sit, planè dependet, posteriorem prius resolvemus. Notandum autem præcipiuè quod duplex in

Hac materia, ut in L. diffamari, sit judicium, aliud præparans, aliud præparatum seu principale; illud, quo actor ad agendum, aut ad propositas exceptiones respondentum citatur, quod expirat, simul ac provocatus actionem suam proponit, aut respondeat; hoc præparatum s. principale, in quo agitur de ipsa causa principali, quæcunque & qualiscunque etiam ea sit, sive summaria s. ordinaria. *Vid. Zæf. supra citat. loc. n. 23. Dn. Richter alleg. loc. n. 3. Zanger. de except. part. 2. cap. 13. n. 2.*

TH. XXXI. Hoc observato facile ad quæstionem propositam responderi potest; quod sc. in priori judicio præparante provocans s. implorans dicatur actor, latè isto vocabulo accepto, vel pro actore habeatur: In posteriori principali, provocatus, qui actionem aliquam habet, vel jus aliquod adversus provocantem prætendit, seu eum diffamat, omnino & verè actor sit. *Dn. Hahn. ad Wesenb. tit. de jud. n. 16. Dn. Carpzov. in process. d. loc. n. 14. 15. 16.* Si igitur provocatus in causa principali est actor, judicium autem præparans ob principale instituitur, sequitur necessariò quod non provocati, sed provocantis judex sit adeundus, & forum competens, non, nisi ejus sit, qui exceptiones suas coram judge suo exponit, ut in terminis legis nostræ asserit *Covarruv. cit. loc. n. 4. & seqq.* per quinque rationes. *Panormit. in c. si quis contra Clericum 2. col. de for. compet. Romanus conf. 412. ubi n. 2. ait, quod ille judex sit adeundus, ad quem trahendus fuisset per actorem, si eum prius convenisset.* Deinde regulariter potius origo naturalis causæ quam accidentalis attendenda. *arg. l. qui habet. 3. in pr. ff. de tutel. Panormitan. proxime allegato loc.* Sed origo naturalis indicat causam coram judge diffamati, vel ejus qui exceptiones habet, principaliter agendum, per *L. nostram*, & secundum *Alexandr. conf. 103. vol. 5.* quem refert & sequitur *Gravetta conf. 182.* dicens, ad cognoscendum quis actor sit vel reus, non considerandum esse, qui in judicium vocatus fuerit, sed respiciendam petitionem & originariam causam. *Mund. in proœm. n. 57.* Dissentit *Castrensis in l. in criminali. 5. C. de jurisd. omn. jud.* putans, utentem Remedio legis, si contendat, debere sequi forum alterius, cum in hoc verè sit actor. Et in hunc modum in Regio Neapolitano Prætorio

torio judicatum fuisse testatur. *Mattb. de Afflict. decis. 268.* Ex jam assertis sequitur onus probandi non provocanti ex l. si contendat, sed provocato injungi debere. Idque magis patescit ei, qui probè perpendit, reum intentantem actionem ex l. nostrâ negare parti adversæ competere jus'agendi , quod cum in affirmatione consistat , ab actore provocato probandum erit. *arg. l. actor. 23. in pr. C. de probat.* Nec obest, quod negativa probari debeat ab eo , qui intentionem suam in ea fundat, *l. hoc jure 10. ff. de V. O.* quia hoc restringendum est ad actorem d. l. 10. jam verò in processu ex l. nostrâ non provocans sed provocatus in actione principalí partes actoris gerit. *Dn. Carpzov. in process. d. loc. n. 18. & seqq.*

**T**H. XXXII. Item ex superioribus fluit, quod ad intentionem implorantis, ut rei, in causa principalí fundandam, omnia documenta à provocato edenda sint. Actor enim, ut provocatus hic est, ea reo postulanti edere tenetur. *l. non est novum 5. l. justum 6. l. ult. C. de edendo;* non solum rationes, de quibus praediti textus propriè loquuntur , sed etiam quævis alia instrumenta & documenta. *Bald. in d. l. ult. C. de edendo. Fulv. Pacimus de probat. lib. 63. n. 118. & seqq.* Et sic in supra nominata causa perillustrium Tutorum generosissimi Comitis de Schwartzburg contra Tangeln in term. Aegidii 7. Septemb. Anno 1654. à Curia nostra decisum legimus. Non obstat *l. ipse despice 1. & l. qui accusare. 3. C. citat. tit.* quia, ut dictum, provocans hinc non pro actore, de quo isti textus loquuntur, sed pro reo habetur. Evolvi potest *Donell. in Comment. tit. de edend. ad d. l. non est novum 5.* ubi exactè hâc de re agit.

**T**H. XXXIII. Quarere hîc volupe est, an provocans ex hâc lege & ex L. diffamari, Guarandam & satisfactionem præstare teneatur? Negat id *Berlieb. part. 1. conclus. 19. n. 5. & Dn. Richter citat. loc. n. 69.* qui sæpius in Collegio hujus loci Juridico sic responsum fuisse testis est: *Dass Klagender Diffamat weder die gesonnene Gewehr anzuloben/ noch den geforderten Vorstand zu bestellen schuldig.* In causa tamen præfatæ R. à W. contra A.C. à S. à marito implorantis Guarandam in Curia nostra provinciali *M. Decemb. An. 1634.* prætitam fuisse ex Actis hausimus. Id quod tamen

tamen potius fortuitò, quam stylo Curiæ id exigente evenisse videtur.

TH. XXXIV. Aptissimè nobis occurrit hæc, à veteribus & recentioribus anxiè agitata controversia: An præventio, seu litis pendentia, si provocans plures habeat Judices, per citationem ex L. si contendat, emanatam, quoad causam principalem locum inveniat? Resp. negativè, Quoniam 1. Diversa sunt judicia, præparans & principale; hinc citatio ad illud, non potest quoad hoc judicium præventionem inducere, ex separatis enim nihil infertur. arg. 1. Papini annus. 20. ff. de minor. 25. annis. 1. de servo. ult. ff. de calumniae. 2. In principali provocatus est actor, cuius favor plures habere judices. Socin. in c. cum sit generale extr. de foro compet. & 3. cum actoris eo casu, si rerum prius convenisset, omnino electio fuisset, cur non & deinde ejus sit, si provocatus agat, non video. Neque enim electio actori de jure communi, l. ult. C. ubi in rem actio. c. cum sit generale extra de foro compet. tributa, auferenda est: Prout in L. diffamari remedio, cum quo nostrum hic planè convenit, Magnif. Dn. Richter dict. loc. n. 95. asserit. Inclitus Dn. Carpzov. lib. 2. resp. 34. n. 13. & seqq. ubi duo præjudicia pro hæc assertione adducit. Et ita quoque in sèpè alleg. causâ R. à W. contra A. C. à S. in Curia nostrâ, ubi causa præparans tractabatur, in termino Adventus 5. Decembr. Anno 1635. pronunciatum ex his Actis informati sumus: Weil Leuerantens Principalin ihre Klage an gehörigem Ort bey dem ordentlichen Richter auszuführen sich erklärt / als ist dieselbe auch nunmehr dahin zu remittiren, inmassen wir &c. *Caut hic & circumspectus sit Advocatus in eligendo Judge*, potest enim facilimè ob statutum aut consuetudinem aliquam apud hunc judicem emergere, apud illum causâ cadere.

TH. XXXV. Quod autem de electione judicis, provocato competenti, dictum, illud ad forum commune, seu ad Judices ex jure communi restringendum duco; cum in judicibus ex privilegio secus se res habeat. E.g. Professores, Studiosi & qui gaudent constitutione Habita C. ne filius pro pat. plures habent judices. Hi verò conventi coram uno, secundum placitum

Acto-



Actoris possunt alium eligere & petere, ut ad eum remittantur.  
Dn. Richter n. 94. & Dn. Carpzov. d. respons. 34. n. 17. Nec ob-  
stat provocatum quoque intuitu actionis principalis privilegi-  
um quoddam habere ex jure communi, cum ille, ut modo af-  
fertum, electionem habeat coram quocunque etiam, si plures  
sint judices, actionem suam proponere velit. Hinc videtur  
quod Professor aut Studiosus provocans contra hujusmodi a-  
etorem privilegio suo uti nequeat, cum privilegiatus non uta-  
tur privilegio contra privilegiatum, sed privilegium frangitur,  
quando privilegiati concurrunt, & fit adjus commune redu-  
ctio. arg. l. & similites. 8. vers. coequalitas. Item l. administrantes.  
41. ff. de Excusat. Tutor. Sæpè nominatus Romanus conf. 385. num. 4.  
Respondemus namque hoc axioma procedere, quando duo  
*pariter privilegiati* concurrunt. Petrus de Ancharan. conf.  
37. contra Johannem in princ. Riminald. jun. conf. 78. n. 72. & ipse  
Roman. dict. loc. utitur vocula *pariter*. Quando verò unus  
magis est privilegiatus, tunc utitur suo privilegio contra pri-  
vilegiatum, minus privilegium habentem, & privilegiatus in  
specie præfertur privilegiato in genere Dom. Card. Tusclus tom. 6  
præf. conclus. sub lit. P. conclus. 760. n. 10 & 13.

Th. XXXVI. Inquirendum ulterius operæ precium est, quo-  
modo ex L. si contendat. procedendum, an summarie, an ordi-  
nariè? Respondemus, summarie & velato velo. Quia reme-  
diū nostrum non est principale judicium, aut actio ordina-  
ria, sed summaria officii judicis imploratio & beneficiū. Schurf.  
conf. 103. n. 19. cent. 3. Wesemb. conf. 149. n. 1. vol. 3. Hinc sequi-  
tur, quod litis contestatio in eâ non sit necessaria, præsertim  
cum petitio L. nostræ tantum ad causæ præparationem tendat,  
veluti etiam facit L. diffamari. Socin. inc. quoniam frequenter in  
so. fall. extr. ut lite non contestata. Huic non obstat, quod in  
his judiciis feratur sententia, sententia autem præsupponat li-  
tis contestationem, tanquam principium & fundamentum ju-  
dicii. Respondemus, licet regulariter verum sit, litis contesta-  
tionem esse principium & fundamentum judicii ; in pluribus  
tamen hoc fallit casibus, prout docent Interpretes in Avibent.

D

si omnes



*Si omnes. C. si minor. ab hered. se abstin. cum primis verò in L. si contendat & diffamari : hoc enim in processu exceptionibus ac juribus à provocante in judicium deductis, aut diffamatio-  
ne probata, & non comparente provocato, juxta commina-  
tionem, in citatione positam, perpetuum ipsi imponitur silenti-  
um ; modò de contumacia constet, & legitimè sit citatus, con-  
tra quem fertur sententia. Mund. ad L. diffam. c. 5. §. 5. n. 17. & 18.*

*TH. XXXVII. Sententiæ mentionem fecimus, quâ occa-  
sione quærimus, qualis ea sit, definitiva an interlocutoria. Re-  
spondemus, esse interlocutoriam : quia lite non contestata non  
est ad definitivam sententiam procedendum c. ad hæc Deus. i. &  
t. t. extr. ut lite non contest. non proced. Lite autem non conte-  
stata hîc fertur sententia, quæ, cum non sit definitiva, necessa-  
riò erit interlocutoria, sententiarum enim tertia species non  
datur. Nec tamen est simpliciter talis, sed vim definitivæ ha-  
bet. Quandoquidem interlocutoria, postquam non spera-  
tur definitiva, transit in auctoritatem rei judicatæ. Bart. in l.  
cum Titia. 18. notab. ult. ff. de accusat. & l. quod jus sit. 14. ff. de re  
judicat. Plura suppeditabit Mund. diet. loc. n. 20. & multis seqq.  
Definitivam ibi num. 35. dupliciter sumi posse insuper notat ;  
primò respectu ordinis procedendi ; deinde respectu finis.  
Respectu ordinis, quando processus judiciarius ritè ob-  
servatur : Respectu verò finis, quando eo omisso finis causæ im-  
ponitur. Quibus consideratis apparebit sententiam L. nostræ,  
ut & L. diffamari respectu finis esse definitivam ; respectu verò  
ordinis interlocutoriam, vim definitivæ habentem. Bald. in l.  
fin. C. ut lite pendente.*

## CAPUT IIX.

De

### *Modo ex L. si contendat. procedendi.*

*TH. XXXIX. Hisce ita præmissis, modum procedendi  
brevissimè delineaturi sumus. Quicunque ergò exceptionem  
aliquam aut jus in judicium deducendum habet, sive turbetur  
& diffametur, sive id demum, ut dictum, timeat, judici pro de-  
cernendo processu & citatione emittenda supplicare potest.*

Ista

ista autem supplicatio seu Libellus supplex, 'aliis Libellus citationis, est summaria recensitio controversiarum, juncta petitione pro impetrando processu. *Vultej. jurisprud. Rom. lib. 2. c. 27. lit. A.* hujus Libelli narrata debent esse ejusmodi, ut ex illius visceribus Libellus actionis formetur. Sciendum enim est, & hic probè notandum, Libellorum duas esse species : unam, quam modò descripsimus, alteram, quæ post emissam citationem judici in termino insinuatur, & ninil aliud est, quam verborum conceptio brevis & aperta, coram judge competente, futuræ litis speciem in judicio proponens, ac convenientem conclusionem in se continens. *Hillig. in Don. Enucleat. lib. 23. c. 4. lit. C. Umm. in process. disp. 6. th. 8. Dn. Nicolai in disp. Inaugural. th. 5.* vocatur libellus actionis & meritorum. Licet autem utriusque quoad actum finalem idem sit effectus & in genere convenientia, differunt tamen in nonnullis. Cum prior libellus vel supplicatio citationem principaliter, alter litis contestationem utrinque faciendam respiciat : Hoc merita causæ deducantur : Illò fundatio jurisdictionis intendatur.

Th. XXXIX. Disquirendum hīc est, an post supplicem Libellum facti specie continentem Libellus denuò, & quidem solennis, judici sit porrigidus, an verò simplex sufficiat narratio & brevis repetitio in remedio L. si contendat ? Respond. affirmando posterius. Suprà enim processum nostrum esse planè extraordinarium & summarium demonstratum dedimus. In summariis autem sufficit qualiter qualiter narrari, petitionem proferri & à reo exigiri responsum, nec opus est Libelli oblatione solemni. *Clement. sèpè 2. de V. S. Zanger. part. 1. cap. 2. n. 14. Dn. Carpzov. in process. tit. 6. art. 1. n. 13.* At quomodo Libellus solennis, vel ejusmodi summaria narratio proponenda sit, an in scriptis tantum, an verò etiam vivâ voce; non convenient Dd. Prius affirmat *Sichard. in Avthent. offeratur. n. 3. C de lit. contestat.* posterius *Umm. in process. disp. 6. th. 8 in explicat. n. 39. Dn. Nicolai in d. disput. th. 6. lit. R. per l. 1. s. 1. ubi : libello complecti & dare vel dictare. ff. de edend.* De Jure Saxonico Eleitoralires decisa est; Ibi enim Libellus, etiamsi in scriptis ab

initio statim oblatus sit, in termino tamen vivâ voce repetendus ac verbotenus dictandus est. Matth. Berlich. part. i. conclus. 13. n. 8. idque si non fecerit actor, vix pœnam expensarum effugiet. Dn. Carpzov. jam allegat. loc. num. 15. item part. i. constit. 15. def. 1. Et hoc per Nov. Elecl. i. part. i. qua cautum, ut **omnia** producta & actitata judicaria per utrumq; tam Actorem; quam Reum usque ad litis contestationem, quin & ex ampliatione Electoralii in const. 9. in fin. part. i. post litis contestationem vivâ voce Notario judicii dictentur. Cum ergo **omnia**? Omnia & Libellus comprehensus erit. In Curiâ nostrâ eadem observatio viget, ut processus illi, quorum sæpius mentionem fecimus, docent. Formula supplicationis pro citatione ex L. nostrâ talis est: P. P. Denenselben kan ich Klagende nicht verhalten/ wie N. sich vernehmen lassen/ daß/ (inserantur verba jactationis) nachdem mir nun von dieser Anforderung nichts beständiges wissend/ auch N. ungeachtet er sich derselben öfters gerühmet/ davon nichts erweisen können. Hierüber im Fall selbige zu probiren were wider solche ich exceptivè vorzuschützen hette. (inserantur exceptiones) Als werde ich gendächtiget wider obgedachten N process ex L. si contendat vor dem wohlöblichen Hoffgericht anzustellen/ und umb Ausgebung der Citation an denselben anzusuchen. Diesem nach gelanget an ic. mein Bitten/ gedachten process und citation zuverstatten und ausgehen zu lassen/ daß provocat auff einen gewissen Tag N. erscheinen / dem Hoffgerichts Brauch nach mit mit verfahren/ zum Urtheil beschließen und anhören möge/ daß benimbte exceptiones mir zu rechte zukommen/ und ich von der vermeinten Forderung zu absolviren, ihme aber hierüber ein ewiges Stillschweigen auffzulegen. Plures & alias formulas snppeditat Hering. de Fidejuss. cap. 30. formul. 21. § 22. & Dn. Nicol. ad Frider. process. dict. loc. Ad ejusmodi supplicationem absque ullâ causæ cognitione, secus ac in L. diffam. ubi ea necessariò requiritur per expressum textum in Ordinatione Camer. part. i. tit. 28. §. Dass auch Kammer-Richter und Besitzer/ & in novissimo Imperii Recessu de Anno 1654. §. Kammer-Richter/ Præsidenten. 83. talis emanat citatio : Habt ihr zuverneha-

nehmen! welcher gestatt N. wider euch rechtlichen Zuspruch ex L. si contendat. anzustellen entschlossen/ und wie er zu dessen Behuff um Termin und Citation an euch angehalten/ Wenn denn ic. So citire ich euch ic. Daz ihr auff den Tag N. erscheinet und euch dens Hoffgerichts Gebrauch gemäß bezeuget / mit Verwahrnuug.

TH. XL. Et hoc ita procedit, si Provocatus citantis jurisdictioni subjectus est; Sin verò sub aliâ degat potestate, in subsidium citari debet. Quid verò dicendum, si Magistratus illius nolit insinuare citationem. Respond. tum editalis citationis decerni potest, atque ita in Collegio hujus loci Juridico M. Martio A. 1526. decisum fuit. Dicitur autem Citatio per edictum, quando Judex Reum s. certum s. incertum ex remotis & longè dissitis locis per Proclama publicum, foribus Rei, Ecclesie vel Curiarum affixum ad judicium vocat. l. ad peremptorium. 68. cum seqq. ff. de jud. Nov. 112. c. 3. & locum habet nonnisi in casibus specialibus, juxta Clem. 1. de jud. si nimirum neque Judex neq; Provocans, sciat, quo in loco provocatus, tanquam persona incerta & vagabunda, moretur, l. dies. 4. §. prætor ait. s. ff. de damn. infect. vel locus, ad quem facienda, non sit tutus. c statutus de officio delegat. in 6. Clement. unic. de for. compet. vel Reus citationem ad se pervenire impedit; vel contradictor sit incertus, & tunc citentur omnes in genere, quorum interest. c. fin. de Elect. in 6. Felin. in c. quoniam frequenter. n. 14. ut lit. non contestat. Tuschus conclus. 355. 256. 257. per tot. lit. C. & ita factum in Camera in causa Brandenburg contra Marchionis Alberti creditores, die 21. Jan. Anno 1562. citationem integrum tradit Mundius c. 5. §. 3. n. 231. Quid porrò ad Citationem sive Edictalem sive communem requiritur, tradunt Dn Carpzov. Umm. Rosbach. Termin. & alii; qui de Processu scripsere, sub tit. de citat. & passim.

TH. XLI. Citatione itaq: insinuatâ vel justo tempore affixâ, provocatus in termino *aut comparet*, agit, & excipit *aut non comparet*, nec agit, excipit, forumque declinat. Priori casu Reus summiè causam suam proponit, & quod in supplicatione allatum, annexâ conclusione repetit: Quo

peractō, si Actor principalem actionem instituit, sibi⁹que justitiā administrari petit, aut id se factum declarat, tunc L. nostræ judicium actutum enervatur , & judicium principale inchoatur, quod in omnibus ita, ac si Actor neutquam provocatus fuisset, tractatur. Formula ejusmodi Libelli actionis minus solennis, s. summariae in judicio petitionis, ex L. nostrâ talis est: Vor denen ic. erscheinet N. reserviret ihm singula & universa juris beneficia, insonderheit ic. Nechst diesem saget er / non quidē in forma solemnis alicujus Libelli, sed simplicis facti narrationis, vel qualiscunq; petitionis, fürgstchen. Repetitur h̄ic ex supplicatione factum, adduntur Exceptiones & conclusio, ita : Wenn denn aus diesem allen seine Exceptiones wohl ge gründet zu seyn erheslet / Als bittet er nach diesen Einbringen in Rechten zu erkennen/ daß der Process ex L. si contendat. alhier Scatt habe/ und Beklagter/ als Actor, sein vermeintes jus zu deduciren und zu erweisen schuldig/ In Entstehung dessen aber aus zusprechen/ daß vorgeschützte Exceptiones ihm von Rechts wegen zukommen/ und ihn von der vermeinten Forderung /cum refusione expensarum zu absolviren, legern aber perpetuum silentium zu imponiren.

TH. XLII. Accidit interdum ut Provocatus non agat, sed simpliciter ad Exceptiones Provocantis respondeat, id quod tamen satis periculosem est; modò Actori, modò Reo, & communiter à Dd. dissuadetur, nisi vel Provocans vel Provocatus *maximoperè proficuum* id sibi esse perspiciat, aut *aliter commode fieri non posse* deprehendat. Provocanti periculosem est, quia hoc modo etiam in principali causâ Actoris vicibus s̄ape fungi cogitur, dum ordinaria probatio, aliaque onera Actori imponenda, ipsi injunguntur. Ita evenit in causâ perillustr. Tutor. Dn. Comit. à Schwartzb. contra Tangeln, cum & hodienum in principali negotio illi pro Actoribus habentur. Nec minus provocato id vitandum, quoniam ex causa summaria hoc medio ad processum ordinarium facile trahi potest. Id quod intentatum fuit in præfata causa W. à V. contra C. à B. cum ibi in Libello peteretur, ut Provocatus Excep-

ptio-



ptionem solutionis, quā provocans innitebatur, nullam esse probaret. Verūm cautus adversarius, longè prudentissimi atque exercitatissimi sui Advocati patrimonio confidens, ex hoc ipso fundamento, daß sein Principal nicht aus einer summarischer Execution Klage in einen weitläufigen Ordinar process gezogen würde (verbæ sunt provocati) non secundum petita ad exceptionem respondit, sed actionem executivam instituit. Interdum tamen provocatus in nostro judicio ad agendum sub pœnâ perpetui silentii non adigitur, sed judex agere parato haud prohibebitur ex templo probationem injungere, ita ut nec libello, nec Actionis formatione opus sit, idque in primis si Actio ex diffamatione proveniens sit summaria aut executiva. *Dn. Carpzov. tit. 20. art. 1. n. 14.* Quando verò Actor comparens excipit; Exceptiones vel causam principalem concernunt, vel eam quidem non attingunt, sed tantum ad impedendum litis ingressum citato competunt. Principalem causam respiciunt propriè Exceptiones litis pendentes, controversiæ non dividendæ seu continentiæ causarum, de quibus latè Zanger. part. 3. & passim. Posterioris generis Exceptiones plures sunt, *Vid. Mund. prolixè hāc de re differentem d. loc. c. 5. §. 4. n. 21. & seqq.* Hæ Exceptiones si validæ sunt, bonam Actor speret sententiam: Sin invalidæ, tunc præcedenti contumaciæ accusatione sub pœnâ ejusdem ad agendum in certo termino iterum citatur, in quo si non compareat, eodem loco habetur ac si nunquam comparuisset i. e. condemnatur usque ad legitima impedimenta, & si in contumacia perseveret, æterno oneratur silentio.

*Th. XLII. Posteriori casu* si provocatus in termino non comparet, neque agit, excipit, aut forum declinat, sed contumaciter emanet, tunc Reus itidem ac si ille comparuisset, actionem suam summiè proponit & ritè concludit, additâ tandem in his locis post quartam vespertinam, in aliis post undecimam ante meridianam, contumaciæ accusatione ore tenus prolatâ hisce formalibus: Es hātte sich N. gänzlichen versehen/N. wurde bey gegenwärtigen termin sich gebührlichen eingestellt.

gestellet/und lauf Citation sich verhalten haben / so vermercket doch  
derselbe / daß niemand sich angegeben / Dannenhero Provocant  
verursachet den vorsezlichen Ungehorsam in bester Form Rechens  
zu beschuldigen/Gestalt Er dann diese notoriam contumaciam  
Hiermit accusaret/und darneben bittet/ provocaten nicht allein in  
pœnam contumaciæ zu wiedererstattung dieses Termins Unfo-  
sten zu condemniren / sondern auch dahin zu erkennen / daß nach  
vorgehender anderweit peremptorischer Citation bey Straße  
Ungehorsams N. alhier zu erscheinen &c. schuldig. Monendum  
hic est, quod si forsitan provocatus literas , incompetentiam  
Fori aut aliam aliquam Exceptionem continentis, antè termino  
num Judici offerat, Provocans eas statim post accusatam con-  
tumaciam refutare soleat, hisce : Daran nicht hindert. &c. Hoc  
ita peracto provocans ne intermittat sententiam urgere, quam  
Judex interpellatus interlocutoriam dabit (hæc in Curiâ no-  
strâ absque interpellatione in eodem termino plerunque da-  
tur) ea autem talis est: Uff erhobene Klage / beschuldigten Unge-  
horsam/erkennen wir/daß Provocat nach anderweit peremptori-  
scher Ladung gebührlichen zu erscheinen / und sich einzulassen schul-  
dig. Hæc interlocutoria, si in rem judicatam transierit, pro-  
vocans tenetur supplicare judici pro extrahendâ citatione,  
qua ipsi non denegatur , sed ad hunc modum conceditur:  
Demnach in termino N. erkandt / daß ihr (inseratur tenor sen-  
tentia) und solches Urtheil nun krafft Rechens ergriffen / zu wel-  
ches Folgeleistung Euch zu citiren N. mich angelanget / als citire  
Ich Euch hiermit noch mahls/ daß Ihr den Tag N. alhier erschei-  
nen/&c. mit Verwarnung. Provocato & in hoc termino ite-  
rum contumaciter emanente, ejusque accusatâ contumaciâ  
talis fertur sententia: Daß Provocat nach anderweit perempto-  
rischer Citation bey Straße des Ungehorsams uff Ehehafft  
gebührlichen zu erscheinen/ und &c. Post fatale descendii efflu-  
xum Provocans, ut antea, adit Judicem, & petit Reum denuo  
citari, quo facto, talem impetrat Citationem: Demnach in ter-  
mino N. erkandi (inserantur verba interlocutoria) und ich an-  
gelanget / Als citire Ich Euch peremptoriè und endlichen &c.  
Mit Verwarnung / annexâ clausulâ comminatoriâ de impo-  
nendo

nendo illi perpetuo silentio. Quā citatione emissā, aut Reus comparet, moram purgat, expensas solvit & Actionem principalem intendit, & tunc, ac si in primo statim termino comparuisse, judicium præparans expirat ; Sin verò comparet quidem, sed frivolè excipit, silentium, ut supra dictum, ei imponitur. Quod itidem fit, si tertio citatus planè non compareat. Accusatā enim in utroq; casu contumaciā, ejusmodi demū sententia publicatur : Uff vorgeschüchte Exceptionen ( si quæ sunt adductæ) endlichen beschuldigten Ungehörsamb/ und ferner Einsbringen ex L. si contendat N. Provocanten eins/ und abermahli gen Aussenbleibens N. Provocaten andern Theils/ erkennen Wirs daß nunmehr Provocaten gestaltten Sachen nach (allen Vorwends ungeachtet) ein ewig Stillschweigen auffzulegen. V. R. W. Prædicto modo in Curiā nostrā Jenensi proceditur, nec secus in Foro Electorali Saxonico observatur, testante Dn. Carpz. in process. d. tit. art. 3. per tot. Notat hīc ex Wesenbec. Dn. Richter tit. loc. n. 74. quod necesse non sit geminari citationem, quando de diffamantis contumaciā notoriè constat, ut, qui expressè respondit, se nolle ibi stare. Bina enim citatio requiritur ad convincendam contumaciam, de quā si manifestò constat, frustrà probari adhuc atque convinci debet.

TH. XLIV. Cum de sententiā in hoc judicio visum sit, legitimo nunc ordine de modis quibus ea suspenditur & corrigitur, qualis potissimum sunt appellatio, & in foro Saxonico Leuteratio & Oberleuteratio, dicendum erit. Est autem appellatio à judice inferiori ad superiorem ratione gravaminis per sententiam illati gradatim facta provocatio. l. i. l. 21. ff. de Appell. l. 23. l. 37. C. eod. Quæ, quomodo, & quando interponatur, introducatur & justificetur, vide Dn. Carpz. in process. tit. 18. art. 3. & seqq. dubitant quidem, imò planè negant non pauci Dd. appellationem à sententiā in judicio nostro & L. diffamari, locum habere, ob l. & post editum. 73. §. fin. ff. de jud. ubi : quod contumax appellare nequeat ; Contumax autem est, qui post binam citationem in judicio non comparet ; & ob alias rationes, quarum nonnullas Blarer. cap. 10. n. 5. & 6. & Mund. uterq; ad L. diffamari, c. s. §. 6. n. 83. & seqq. cum earum solutionibus

E

exhi-



exhibent. Verum, hisce non obstantibus, affirmativam ample-  
etimur & firmiter statuimus, quod provocans ab impositione  
perpetui silentii, vel à declaratione & pronunciatione de non  
amplius audiendo, vel alio gravamine licet appellare possit.  
Quia (1.) sententia ex nostro judicio est interlocutoria, habens  
vix definitiva, ab interlocutoriâ autem postquam non spera-  
tur alia definitiva, appellatur. l. c. n. m. Titia. 18. ff. de Accus. l. ait Prae-  
tor. 7. § sed et si. 2. vers. permittitur. & l. intra utile. 39. ibid. Bart.  
n. 1. ff. de Minor. (2.) Quia, quando per interlocutoriam infer-  
tur tale gravamen, quod per appellationem à definitivâ repa-  
rari nequit, licita est appellatio. l. arbitro. 9. & l. si ab arbitro. seq.  
ff. qui satis dare cog. l. antè sententiae. 7. C. quor. appell. & ad eam.  
Gothofr. Pluraleges apud laudatos Blarer. & Mund. illum d. l. n.  
7. & seqq. hunc n. 87. & seqq. Consentit Dn. Richter dict. loc. n. 124.  
Formula appellationis hæc traditur : Nachdem die Rechte den  
Parthenen/ so sich durch ein Urtheil gravirt befinden / das Reme-  
dium appellationis heilsamlich verleihen/ und denn von euch N. zu  
N. den Tag N. (diem n. imò etiam horam latæ sententiae & impo-  
sitæ contra eandem appellationis indicandam esse opinatur:  
*Mindan. de process. extrah. lib. 1. c. 7. n. 1.*) in puncto legis si con-  
tendat. N. contra N. ein Urtheil eröffnet (inferatur tenor sen-  
tentiae) Als befindet sich provocat durch solch Urtheil zum höch-  
sten beschweret/ aus Ursach (enumerentur gravamina) so in justi-  
ficatione deduciret werden sollen / will derowegen von euch an N.  
als superiorem, in der beständigstem Weise appelliret haben/ bit-  
tet Apostolos reverentiales, mit Erbieteten ic. oblatâ hæc appel-  
latione intra fatale interponendæ i. e. intra dicendum, conse-  
quenter proceditur secundum jus commune, nec speciale  
quid circa nostrum remedium observandum occurrit.

Th. XLV. Idem judicium esto de Leuteratione & Ober-  
leuteratione, in quibus itidem L. nostra nil speciale sibi vindicat, sed in omnibus formam communem observat. Est autem  
Leuteratio & Superleuteratio beneficium Juris Saxonici, (non  
Juris civilis, ut nonnulli statuunt, ex l. ab execut. 4. ff. de Appell.)  
quod emendatio vel declaratio sententiae ambiguæ vel obscuræ  
à Judice, qui eam tulerat, petitur. Differunt potissimum ab Ap-  
pellatione

pellatione, cui alias similimæ, quod illæ sint remedium tantum suspensivum; hæc autem insuper devolutivum. Plura, eaque solidissima, desiderantem docebit Dn. Carpz. in process. tit. 17. § 18. per i. i. Læsus ergo sententiâ aliquâ talem intra decendum Judici offerre potest Leuterationem: Nachdem die Sächsischen Rechte parti læsæ das beneficium Leuterationis heilsamlich verleihen/ und aber in Sachen L. si contendat N. contra N. von euch N. den 14. Aprilis hujus anni ein Urtheil eröffnet (inseratur tenor sententia) dadurch N. sich heftig beschweret befindet/ aus Ursachen so in der prosecution sollen deduciret werden / Als will es solche sententia à viribus rei judicatæ durch diese Leuterung suspendiret haben/ mit Bitte dieselche auffzunehmen &c.

TH. XLVI. Et hæc de remedii suspensivis brevissimè dicta sufficient; quæ, si in nostro judicio vel plauè non, vel non legitimè adhibeantur, sententia transit in rem judicatam. Hoc facto unicum illud superest, ut executioni, quæ est effectus rerum judicatarum, mandetur. Frustrâ enim judicia instituerentur, atque sententiæ ferrentur, nisi id, quod judicatum esset, iudex exequeretur. *I. serv. 65. §. 2. ff. ad SC. Trebell. I. Executorem. 8. §. 1. i. C. de Execut. rei judic. fit autem executio in hoc judicio nō, ut in aliis, ubi per sententiam pœna gravior imposita vel condemnatio facta in quantitate, vel in genere, aut etiam in certâ re seu specie: hîc siquidem nil nisi silentii impositio petitur; unde manifestum, sententiæ nostræ executio nem non in graviori pœna, sed in silentii præstatione, adeoque condemnati voluntate consistere, eamque tantum esse, ut provocatus in obsequendo & parendo, h.e. ulterius & imposterum, sive id olim factum, sive fieri præsumptum, non turbando & diffamando retineatur, & ad sententiæ standum legitimis modis compellatur. Modos compellendi vid. apud Blarer. c. 11. n. 11. § seqq. & Mund. c. 5. §. 6. n. 18. § seqq.*

#### CAPUT IX.

### Quibus modis L. nostra à L. diffam. differat?

TH. LXVII. Promisimus suprà th. 2. differentiam L. nostræ & L. diffamari sub finem disputationis nos proposituros esse,

E 2

cui

Tui promissioni ut satis faciamus, notari volumus (1.) quod re-  
medio L. diffamari, locus non detur, nisi diffamatio praecce-  
rit, id quod in proximè praecidentibus ex Ordinatione Came-  
ræ & novissimo Imperii Recessu probatum dedimus, unde (2.)  
fluit, quod nec terminus Actori in L. diffamari præfigatur, nisi  
diffamatio summarie probata fuerit, per jam citata jura: Cum  
tamen ex L. si contendat absque ullâ diffamatione adeoque et-  
iam probatione praecidente Actor agere cogatur. *Dn. Carpz.*  
*in process. art. 4. §. 5. Heig. part. 2. quest. 8. n. 14. Hering. de Fide-*  
*juss. c. 25. n. 134. Covarruv. lib. 1. Resolut. cap. 18. n. 3. Socin. d. conf.*  
*94. lib. 3. & alii.*

*TH. XLIX.* Tertiam differentiam tradit *Mund. c. 7. n. 6.*  
eam, quod in L. diffamari, incerta interdum & malitiosa & va-  
na diffamatio esse soleat; in L. nostrâ verò jus certum & aper-  
tum. Quæ differentia an sit firma, multùm dubitamus. Ra-  
tiones autem dubitandi discursui publico reservamus, atq; ita  
vela disputationis nostræ secundo vento contrahimus.

*Deo ter Optimo terque Maximo, cui omne nostrum  
debemus sit Laus Honor & Gloria in  
sempiterna secula.*

---

**N**on aliter Perseus, postquam abscidit ora Medusæ,  
Major, quæ nunc est Happius, Orbe fuit.  
Quin plus laudis habes. Somno namque ille sepultæ  
Abstulit auxilio Palladis ense caput.  
*Tu virtute tuâ & præstanti pectore monstrum hoc,*  
*Quod peperit praxis, confiscere aptus eras:*  
*Sed facis incerto ut quæ non nisi spuria patre est,*  
*Eynomia soboles legitima esse velit.*

*In veram ingenii & doctrina laudem*  
*Dn. Doctorando adscripsit*  
*Johan. Strauch / JCtus.*

F I N I S.



00 A 6362



VDA






Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-371925-p0040-5

DFG

**Farbkarte #13**



DISPUTATIO INAUGURALIS  
*DE*  
**PROVOCATIONE**  
**AD LITEM,**

*ex*  
Amplissima Lege; si contendat, 28. ff.  
de fidejussoribus

*Quam cum*  
**D E O M E O**

*Decreto & autoritate Magnifici J Ctorum  
Ordinis in inclita Salanā,*

**P R A E S I D E**

*Nobilissimo, Consultissimo, Amplissimo atque Excellentissimo,*

**DN. JOHANNE STRAUCHIO,**  
J Cto, Consiliario Saxonico, P.P. Curiæ Provincialis, Facul-  
tatis Juridicæ & Scabinatus Assessore

*eminentissimo,*

*Dn. Præceptore atque Promotore observanter colendo.*

**PRO LICENTIA**

Summos in utroque jure honores, privilegia & insignia

*Doctoralia ritè capessendi*

*Publicæ eruditorum censuræ submitto*

**GUSTAVUS CHRISTIANUS HAPPE.**

*In Auditorio J Ctorum,  
ad diem 14. Novembr.*

---

JENÆ, Typis JOHANNIS NISII,  
Anno c Ic Icc LX.